

MARCUS Q. FRATRIS.

X. **T**U metuis, ne me interpelles? Primum si in isto essem, tu scis, quid sit interpellare. An te Atejus? Mehercule mihi docere videbaris istius generis humanitatem: qua quidem ego nihil utor abs te. Tu vero ut me & appelles, & interpelles, & obloquere, & colloquere velim. Quid enim mihi luavius? Non mehercule quisquam libentius sua recentia poemata legit, quam ego te audio quacunque de re, publica, privata, rustica, urbana. Sed mea factum est insulsa verecundia, ut te proficiens non tollerem. Opposuiti semel causam.

Ci.

ARG. Respondet epistola Quinti, qua se meture scripserat, ne cum literis suis interpellaret. Anno U. C. 698.

1 Videbaris] Ant. Faer. aliquo alii, Videbis: Rectum arbitror, Videbis: ut hominem fraterne castiget, cui quidem in mentem venire poterit, vereri, ne se interpellaret. Tu, inquit, mihi videris istiusmodi humanitatis exemplum inter nos inducere, quod mihi sequi non libeat. Ita enim illud accipio, qua quidem nihil utor abs te. Itaque & superiora illa: Tu scis quid sit interpellare, cum nota sciscitandi lego: ut hujus loci totius sensus ille sit. Tu times ne me interpelles? Primum, si in isto essem, ut velle interpellari, tu scis quid sit interpellare? hoc est, videris mihi nescire quid sit interpellare, cum tu mihi importunus advenire nunquam possis. An te Atejus interpellat? Sane mihi videris istius generis humanitatem docere, qua ego non utor abs te: hoc est, nolo a te discere. Nam arbitratus meo ad te accedam, de interpellatione nihil sollicitus. Sic ego & interpretor & lego. Quod si vulgatam sequamur, cum in reliquis omnibus, tum in illo, qua quidem nihil utor abs te, non parum frigoris inerat. Sed non omittam illud quod mihi venit in mentem, subverberi, ne in illis, an te Atejus? meum sit. Nam primo, quis hic Atejus, Quinto tam familiaris, ut quidvis agentis, importunus advenire nunquam posset? Certe, cum tanta charitas esset doctorum fratrum, ut nemo nisi amicus esse posset, quin alteri esset carissimus, in tot cau-

que variis scriptis M. Tullii taceri Atejus non debuit. Deinde in Antoniano & nonnullis aliis manuscriptis, non, an te Atejus, sed antes te is, legitur. Perperam ipsum quidem, sed quod tamen vulgaris suspitionem creet, qua aliis quoque de causis suspecta potuit esse. Quamquam aliter etiam exponi posse videtur, nempe, an te Atejus hanc humanitatem docuit? ut Atejum Capitonem significet, juris-consultum quidem excellentem, sed aditu fortasse difficillimum: qui, cum & in respondendo & in scribendo esset occupatissimus, interpellari se argue pateretur. Hujus a Gellio scripta non pauca commemoratur, de judiciis publicis; de Jure Pontificio; Collectanea. Quamquam eo tempore duo Ateji inveniantur fuisse; L. & C. utriusque Capitone. Prioris mentio fit in epistola Caelii ad Ciceronem; posterioris in epistola Ciceronis ad Plancum. Malasp.

2 Mehercule] Id est, a Majoris percussus & vulneratus. Idemque enim sonus est qui ex percussione resultat. Victorius.

3 Insulsa] Sic conjicit Victorius lib. VI. Var. lect. cap. 6. cum esset in libris insulsa, in editis insulsa; nec rejiciat, infra. Grut.

4 Non tollerem] Ab urbe discedens, non asportarem, eadem scilicet, qua ego vestis sum, lectica. Manu.

5 Atejus] Placet, quod video scriptum esse in Bellarionis libro, Atejus hoc est, adductam contra voluntatem meam. Idem. Petrus Victorius legebat, & probabiliter Lambino videtur, Atejus, cui contradii non potest. J. F. Gronovius, Atejus, fonticam.

Ciceronis nostri valetudinem: conticui. Iterum ceteri omnes: quievi. Nunc mihi jucunditatis plena epistola hoc adpersit molestia, quod videris, ne mihi molestus esses, veritus esse, atque etiam nunc vereri. Litigare tecum, si fas esset: sed mehercule istuc si unquam suspicatus ero, nihil dicam aliud, nisi verebor, nequando ego tibi, cum sum una, molestus sim. Video te ingemuisse. Sic fit, sed id est, Nunquam enim dicam ea veritas. Marium autem nostrum in lecticam mehercule concessim, non illam regis Ptolemæi Anicianam. Memini enim cum hominem portarem ad Bajas, Neapoli, octophoro Aniciano, machærophoris centum sequentibus, miros rufus nos edere, cum ille ignarus sui comitatus, repente aperuit lecticam, & pene ille timore, ego risu corruui. Tunc, ut dico, certe sustulisset, ut aliquando subtilitatem veteris urbanitatis & humanissimi sermonis attingerem. Sed hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nunc invitare nolui. Hoc vero mihi peculiare fuerit, hic etiam isto frui. Nam illorum prædiorum scito mihi vicium Marium, lumen esse. Apud Anicium videbimus, ut paratum

H 2 fit.

6 Ceteri omnes] Ita Victorius. Recensio-rem vero, iterum Ciceronis.

7 Sic fit] Sic ulcior eos, a quibus lacere immerito. Manu.

8 Ego te sic viderem] Id est, si in terra visibilis. Ex incerto auctore. Initium sententia, cujus vim se scire negat interpretes, quod totam sententiam non adscripsit Cicerone. Eugelus.

9 Ea veritas] Mitte omnes. Et hunc locum interpretes negant se intelligere. Lambinus omnium dicit periclitatus. Integrum erit igitur, Mitte omnes curas.

10 Anicianam] Quam Ptolemæus, Ægypti rex, qui a suis civibus egestus Romæ aliquandiu fuit, Anicio dono dederat, uni fortasse de suis credituribus. Manu.

11 Octophoro] Quem octo fere gestarent.

12 Machærophoris] Gladium ferentibus.

13 Centrum] Non puto Ciceronem humani auti comitatu esse usum. Vix hoc Milonius aut Clodii infanzie tulissent. Ac, si Ciceronem secuti essent, non extimulisset Ma-

rius, quasi ad aspectum novæ rei. Crediderim igitur casu contrigisse, ut eadem via post octophorum Anicianum sequeretur illi machærophori, quibus visis, Marium, qui non animo minus quam valetudine effit infirmus, horumum & machærophora subita specie perterritum pene corruisse. Manu.

14 Tunc] Forte verius, hanc: de quo scilicet locuti sumus. Item.

15 Rudem] Lambinus, rufam.

16 Vicium Marium lumen esse] P. Victorius tollit vocem lumen lib. VI. Var. lect. cap. 7. sed non necessario. Gruter.

17 Paratum] Marii causa; ut sit, ubi homo infirmus comode excipiatur. Nam ego ita sum philologus, hoc est, ita literarum studiosus, ut mollis tamen minime sim: quales fere sunt, quos librorum consuetudo tenet. Possunt, tunc, vel cum fabricis habitare. Non enim mea philosophia lorum, & voluptatum, & mollitiam sequitur. Ea me non oblectavit in Hyemero, monte Artice amantissimo, sed in area cum servis

Syris,

fit. Nos enim ita philologi sumus, ut vel cum fabris habitare possimus. Habemus hanc philosophiam, non ab Hymetto, sed ab¹⁸ area Syra. Marius & valetudine est, & natura imbecillior. De interpellatione tantum fumam a vobis temporis ad scribendum, quantum dabitur. Utinam nihil detis, ut potius vestra injuria, quam ignavia mea cessem! De republica nimium te laborare doleo, & meliorem civem esse, quam¹⁹ Philoſtrem, qui, accepta injuria,²⁰ illa spectacula quarebat, quæ tibi acerba esse video. Amabo te, advoca: consolabor te, & omnem abstergebo dolorem; & adduc, si me amas, Marium. Sed adpropere. Hortus domi est.

Syris, qui ædificant, duriter exercuit. Jo-
catur, cum se philosophari in area, hoc est,
suum studium in fabris exercendis ponere si-
gnificat. *Man.*

¹⁸ Area Syra] In qua servi Syri opus faci-
unt. *Idem.* Fortasse Cyra, ut *Astr.* IV. 10.
a Cyro, architecto, de quo *ibid.* II. 3. O-
liv.

¹⁹ Philoſtrem] Ille Herculis comes, ac-

cepta a suis civibus, hoc est, a Græcis,
injuria, cum in Lemno insula destitutus est,
exercitabat eos, a quibus eam injuriam im-
merito tulisset. Tu contra; cum eos cives,
qui nos indignissimis & iniquissimis modis
vexarunt, doles tamen, &c. *Manus.*

²⁰ Illa spectacula] Calamitates, & mi-
ſerias suorum civium gravissimas. *Idem.*

MARCUS Q. FRATRIS.

XI. EPISTOLAM hanc convicio efflagitarunt eodicilli tui. Nam res quidem ipsa, & is dies quo tu es profectus, nihil mihi ad scribendum argumenti sane dabit. Sed quemadmodum coram cum sumus, sermo nobis deesse non solet, sic epistolæ nostræ debent interdum hallucinari. Tenediorum igitur libertas² securi Tenedia præcisa est: cum eos præter me, & Bibulum, & Calidium, & Favonium ne-

mo

ARG. De Tenediis frustra libertatem petentibus: de laudibus Quinti, & de Lucretii ac Sallustii poematibus. *A. U. C. 698.*

¹ Tenediorum] Petium est a legatis ex insula Tenedo missis, ut Tenedii suis legibus viverent. Negarum. Potius enim censuit senatus, ut eadem conditione, qua cæteri in provincia populi Romani, tenerentur, hoc est, ut legibus a pop. Rom. aut a provinciali magistratu datis uterentur. *Man.*

² Tenedia securi] Inde translatum quod olim rex Tenedi securim gestans, lites audire consuevit; causaque judicata, protinus eum qui fecisset injuriam, securi percitere. Aut quod Tenedius quidam rex legem tulit in adulteros, ut utrinque corpus securi consideretur; ejusque legis exemplum etiam in filium edidit. Cujus rei & meminit Stephanus in urbijs Catalogo. *Erasm.* apud quem plura, *Adag. Cibil.* I. Cent. IX.

mo defenderet. De te magis ab Sipylo mentio est honorifica facta, cum te unum dicerent postulationi L. Sextii⁴ Panfæ restitisse. Reliquis diebus, si quid erit, quod te scire opus sit, aut etiam si nihil erit, tamen scribam quotidie aliquid. Prid. Id.⁵ neque tibi, neque Pomponio deoro. Lucretii poemata, ut scribis, ita sunt multis luminibus ingenii; multæ tamen artis. Sed cum veneris, virum te putabo, si Sallustii Empedoclea legeris; hominem non putabo. Vale.

³ De te] Quia Tenedum & Sipyllum Quin-
tus, cum esset in Asia pro prætor, triennio
ante exerat. Sipyli autem legati potius,
quam Tenedi, Quintum in senatu laudaran-
t. *Manus.*

⁴ Panfæ] Postulantis aliquid, opinor, pro
publicanis contra Asiaticos, quod et conce-
di jus non esset. Nam inter provinciales &
publicanos vestigalium causa nunquam de-
fuit contentio. *Idem.*

⁵ Neque tibi, neque Pomponio] Forte, ut
communem utrinque rem in aliqua causa
defenderet. *Idem.*

⁶ Ita sunt] Eiusmodi sunt, qualia tu
scribis esse, multis illa quidem ingenii lu-
minibus, multis tamen etiam artis. Quibus
verbis plus in Lucretio declarat ingenii,
quam artis, esse. Quod sane hi quoque i-
psii, qui ad nostram ætatem pervenerunt,
sex illius libri satis indicant. *Idem.* Victo-
rius edidit, non ita sunt, cum vulgo lege-
retur, ita sunt. Nos, inquit, non veriti
sumus hanc licet satis receptam lectionem
deslere. In manu enim scriptis libris non
invenimus, & nullo modo rectam esse iudi-
cavimus. Nam quæ infra posita sunt verba,

multæ tamen artis, necesse est ut anteceden-
ti sententiæ repugnent. Cum igitur artium
in illis laudet, verisimile est aliquid prius
improbatum fuisse. Quod si cum mirum vi-
deatur iudicatum esse quandoque Lucretium
elegantissimum atque ornatissimum Poetam
non factis multis ingenii luminibus sua poe-
mata scripsisse, is iudicium Quinti repre-
hendat. Nam suspicari possumus, cum quo
modo potest cum reatur & ornet Marcus
Cicero, non valde (etsi videatur illud con-
firmare) fratris iudicio de hac re stetitisse,
noluisse tamen incedendo homini adversari;
qui fortasse quod ipse quoque verus scribe-
bat, invidia motus verum non videbat: poe-
ta suum non contexit ut ingenium ejus e-
lucescat, sed rationem ab Epicuro traditam
summa industria & artificio explicavit. *Vi-
ctorius.*

⁷ Virum] Id est, fortem & patientem &
multis viriutibus; si potueris ferre, id est,
patienter legere seu audire tam inodiosum
poema. *Hominem non putabo:* id est, puta-
bo te omni humanitatis expertem; ferum,
immanem, seu sensus expertem. *Lamb.*

MARCUS Q. FRATRIS.

XII. GAUDEO tibi jucundas esse meas literas: nec tamen habuisses scribendis nunc quidem ullum argumentum, nisi tuas accepissem. Nam prid. Id. cum Appius senatum infrequentem coegisset, tantum fuit frigus, ut populi

ARG. Quomodo Appio Consuli resisterit, & cum Cæsare per literas jocatus sit, commemorat. *Anno U. C. 699.*

¹ Populi] Stantis ante fores curiæ in Græcoſtali & gradibus, ut fere habes in epistola
2. hujus libri. *Manus.*

puli convicio coactus sit nos dimittere. De Commageno rege, quod rem totam discusseram, mihi & per se, & per Pomponium³ blanditur Appius. Videt enim hoc genere dicendi si utar in cæteris, Februarium sterilem futurum: eumque lusi jocose satis; neque solum illud extorsit oppidulum, quod erat positum in Euphrate & Zeugmate: sed præterea togam sum ejus prætextam, quam erat adeptus⁵ Cæsare consule, magno hominum risu cavillatus. Quod vult, inquam, renovare honores eosdem; quo minus togam prætextam quontannis interpolet, decernendum nihil cenleo. Vos autem homines nobiles, qui⁷ Bafrenum prætextatum non ferebatis, Commagenum fereris? Genus vides, & locum jocandi. Multa

² Rem] Que hic faciunt, aliqua collegit Henr. Noris, de Episc. Syriacoedovna, Dissert. II. cap. 4.

³ Blanditur] Metu: ne itidem exteris legatis, aut regibus, aliquid a senatu petentibus, oblatum. Quod itea Appius nolle videbatur, quia, cum aliquid eorum causa senatus decrevisset, munera mercedis loco, aut etiam pactam mercedem consuli, qui ad senatum retulisset, dare consueverat. Id significant illa verba, que sequuntur: *Videt hoc genere dicendi si utar in cæteris, Februarium sterilem.* Manut.

⁴ Et Zeugmate] Affirmo, & Zeugmate, Ciceronis non esse: & ut olim in jure solebant, sic ego sponzionem facerem, ni glossa sit. Idem. Vereor, ne temerariam fecerit sponzionem Manutius. Id enim oppidum erat positum in Euphratis transitu, vel ad pontem Euphratis, unde dictum fuerat Zeugma, que vox Græcis pontem, vel fluvii trajectum significat. Plinius, lib. V, cap. 24, Sect. 21. Zeugma trajectu Euphratis nobile. Grueri verus liber habebat, in Euphrati Zeugmate. Sic etiam codex Sarcobonicus. Potuit Euphrati pro Euphratis scribi, ut multa id genus. Ac profecto si legas in Euphratis Zeugmate, aliquid vulgato melius habebis. Olivetus.

⁵ Cæsare consule] Aut, quia consularum Cæsaris solus gessit, Bibulo collega domi inclusit: aut, quia Cæsaris ad senatum retulit de honore toge prætextæ Commageno regi impertiendo. Manut. Quos honores regibus sociis & amicis Senatus daret, exposuit Barn. Briffon. Forquij. pag. 261.

⁶ Quod vult] Retinui quod dedit Vistorius. Cæteri ediderunt, Quod non vult. Quo sententia bono intrusa negatio sit, intelligere nondum potui. Quis enim credit, noluisse regem Commagenum, per se ignobilem, eos sibi honores concessione iterata confirmari, quos habebat datos a Senatu? Tum, cur diceret Tullius, a se rem totam esse discussam, totum regem explosam? Non videtur ergo dubitabile, quin vera sit scriptura Vistorii. Porro, locus hic totus cavillationem habet, & jocum ex ambiguo. Unde intelligi facilis potest, quam explicari. Nam in jocaciones convenit id, quod Aristoteles de translationibus notavit, Rhetor. III. Eas nemo ab aliis accipit, sed sibi facit ipse. Ad intelligendum accedet paratior, qui hæc meminerit. Toga prætextæ vestis est apud Romanos honorata, & ejus ferendæ privilegium regi concessum. Interpolare togam, est vestem detritam reficere, & ejus ferendæ honorem renovare. Quo minus significat ut nos, & quis. Quo pacto ludus in hac ambiguitate orator, quisque sibi dicet. Olivetus.

⁷ Bafrenum] Regis barbari nomen; qui tamen paulo, quam Commagenus, erat nobilior. Et quoque permiserat senatus, ut prætextæ, itidem ut magistratus Romani, possit uti; cum nobiles inique ferrent, eo barbaros honore impertiri, qui magistratum Romanorum proprius esse deberet. Manut. Mire variat nomen istud in Mss. nostris. Nam Pal. pr. qui vis Rivinum, Sec. qui Bafrenum. Tert. Bafrenum. Quart. Barrenum. Grueri.

ta dixi in ignobilem regem, quibus totus est explosus. Quo genere commotus (ut dixi) Appius totum me amplexatur. Nihil est enim facilius, quam⁸ reliqua discutere. Sed non faciam ut illum offendam, ne imploret fidem⁹ Jovis Hospitalis: Grajos omnes convocet, per quos mecum in gratiam rediit. Theopompo satisfacimus. De Cæsare fugerat me ad te scribere. Video enim, quas tu literas expectaris. Sed ille scripsit ad Balbum, fasciculum illum epistolarum, in quo fuerat & mea, & Balbi, totum sibi aqua madidum redditum esse: ut ne illud quidem sciat, meam fuisse aliquam epistolam. Sed ex Balbi epistola pauca verba intellexerat, ad quæ rescripsit his verbis, De Cicerone video te quiddam scripsisse, quod ego non intellexi; quantum autem conjectura consequeretur, id erat hujusmodi, ut magis oprandum, quam sperandum putarem. Itaque postea misi ad Cæsarem eodem illo exemplo literas. Jocum autem illius de sua egestate ne sis aspernatus. Ad quem ego rescripsi, nihil esse, quod posthac¹⁰ arcæ nostræ fiducia conturbaret: lusi que in eo genere & familiariter, & cum dignitate. Amor autem ejus erga nos perfertur omnium nuntiis singularis. Et literæ quidem ad id quod expectas, fere cum tuo reditu jungentur. Reliqua singulorum dierum scribemus ad te, si modo tabellarios tu præbebis. Quanquam ejusmodi frigus impendebat, ut summum periculum esset, ne Appio suæ ædes¹¹ urerentur. Vale.

⁸ Reliqua discutere] Ita contra reliquas legationes dicere, nihil ut omnino a senatu obtineat. Quod si fiat, eripietur Appio pecunia, quam cupiditate jam ac spe devoravit. Manut.

⁹ Jovis Hospitalis] Cum, hospitibus meis, Græcis hominibus intercedentibus, in gratiam cum eo redierim. Idem.

¹⁰ Arcæ nostræ] Jocus joco relatus. Si

tu, inquit, eges, nos non abundamus. Itaque arcæ nostræ noli consistere. Nam si decoxeris, ego te meis nummis tuo ære alieno non expediām. Et est hic, conturbare, pro, decedere. Idem.

¹¹ Urerentur] Quod in domo consulis, quo salutandi ac deducendi causa quam plurimi convenirent, caminum esse oporteret, fervente frigore, luculentissimum. Idem.

MARCUS Q. FRATRIS.

XIII. **R**ISI¹ nivem atram, teque hilari animo esse & prompto ad jocandum valde me juvat. De Pompejo assentior tibi, vel tu potius mihi. Nam, ut scis, jam pridem istum canto Casarem: mihi crede,² in sinu est, neque ego discingor. Cognosce nunc idus. Decimus erat Calio³ dies. Domitius⁴ ad numerum judices non habuit. Vereor, ne homo teter & ferus⁵ Pola Servius ad accusationem veniat: nam noster Calius valde oppugnatur a gente Clodia. Certi nihil est adhuc: sed veremur. Eodem igitur die⁶ Tyriis est senatus datus frequens: frequentes contra⁷ Syriaci publicani. Vehementer vexatus⁸ Gabinus: exagitati tamen a Domitio publicani, quod eum essent cum equis⁹ profecuti. Noster Lamia paulo ferocius, cum Domitius dixisset, *Vestra culpa hac acciderunt, Equites Romani; dissolvere enim judicaris: Nos judicamus, vos¹⁰ laudatis*, inquit. Adsum est eo die ni-

¹ ARG. De rebus publicis quaedam: item de Callisthene & Philisto historicis. Anno U. C. 699.

² *Nivem atram*] De qua scripsisti. Anaxagora fuit opinio, *nivem atram* esse, quod ex aqua fieret, quae nigra esset, inepto ac falso argumentum. Sed hoc nihil ad hunc locum. Scripserat forte Quintus Iocose, nivem se atram invenisse, illam, inquam, Anaxagora: quasi tristem minimeque jucundam, quia scilicet ei per nives incommodissimo itinere eundem, ac forte etiam in ipsis nivibus cum hoste, non sine summo vitæ discrimine, pugnantem foret. *Man.*

³ *In sinu est, neque discingor*] Favco, neque favere unquam desinam. Ductum a rebus carissimis, quas in sinu gestamus, quae ne excidant, non discinguntur. Significaverat vero Quintus, non debere eos unius Pompeji amicitia niti: Casarem simul esse complectendum, ut amicum Pompejo firmiore. *Idem.*

⁴ *Dies*] Quo reus M. Calius causam de vi dicere prætoris edicto debebat. *Idem.*

⁵ *Ad numerum*] Cum eo die, quo causam dici ex edicto oporteret, judices eo,

quo opus erat, numero non assissent, irrita fiebat accusatio: ut integram tamen esset, si quis eam præterea vellet institueret; quod in hac Casii causa timet Cicero, cum ait: *Vereor, ne homo teter & ferus Pola Servius ad accusationem veniat*. Arque etiam renovatam esse accusationem M. Casii, ipsa declarat Ciceronis oratio, initio mensis Aprilis habita, ludis festisque publicis, satis longo post idus Februarias, qui decimus erat Calio dies, intervallo. *Idem.*

⁶ *Tyriis*] Novum est, ut pronomen post cognomen ponatur. De Pola, lib. VIII. Famil. ep. 12. *Idem.*

⁷ *Syriaci*] Legationibus Tyro missis, ut de publicanis quaererentur. *Idem.*

⁸ *Gabinus*] Quia Tyrus in Phoenicia: quæ Syriæ pars fuit. *Idem.*

⁹ *Profecuti*] Qui Syriæ imperio proconsulari præfuerat. *Idem.*

¹⁰ *Laudatis*] Reos: quos si absolvimus, cum reprehendis, cum eosdem vos laudatis? Mos erat, ut auctoritate præditi viri reos in judicio, antequam sententia ferrentur,

hil: nox diremit. Comitibus diebus, qui Quirinalia sequuntur, Appius interpretatur non impediri se lege Pupia, quo minus habeat senatum, & quod Gabinia sanctum sit, etiam cogi ex Kal. Feb. usque ad Kal. Martias, legatis senatum quotidie dari. Ita putantur detrudi comitia in mensum Martium. Sed tamen his comitialibus Tribuni plebis¹¹ de Gabinio se acturos esse dicunt. Omnia colligo, ut novi scribam aliquid ad te: sed ut vides, res me ipsa deficit. Itaque ad¹² Callisthenem & ad Philistum¹³ redeo: in quibus te video volutatum. Callisthenes quidem,¹⁴ vulgare & notum negotium: quemadmodum Græci aliquot¹⁵ locuti sunt.¹⁶ Siculus ille capitalis, creber, acutus, brevis, pene pusillus Thucydides: sed utros ejus habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio. Me magis¹⁷ de

Tom. IX.

I

tar, laudarent. Pleni exemplorum libri. Manius. Testatur Gruterus, ore libri adscriptum e codice aliquo veteri fuisse: *vos collaudatis*. Quod ego non aspernor, neque improbaturos puto, qui memoria repentem, quam multa apud Ciceronem de Judicio nefaria collusione legerint. *Olivet.*

¹¹ *De Gabinio*] Ut ei, Syriam provinciam contra leges & jura sociorum administranti, imperium abrogetur. *Manus.*

¹² *Callisthenem, & Philistum*] Quorum uterque scripserat historiam: Callisthenes Olynthius de rebus gestis Alexandri, Siculus Philistus cum aliis de rebus, tum de Dionysio Siciliæ tyranno. *Manus.*

¹³ *Redeo*] Censebat Muretus *Var. Lect.* II. 5. delendum esse illud *redeo*: quod in iis quæ antecedunt, de duobus illis historicis nulla mentio est, ut ad eos redire dicatur: postea autem per ellipsin verbum abesse sententiam sententia: Mihi Muretus semper erit Muretus: quid si tamen intelligamus in hunc modum? Nova colligo, quæ scribam; nulla suppetunt; itaque cogor ad vetera recurrere, & de Callisthene loqui, ac de Philisto. *Olivetus.*

¹⁴ *Vulgare & notum*] Triviale & in quo nihil admodum excellat. *Negotium* ita dicitur, ut Græci interdum *πραγμα*. Ipse (ad Att. I. 12.) *Tevoris illa, lentum Janu negotium*. Vide Muretum loco laudato. *Idem.*

¹⁵ *Locuti sunt*] Illa verba quæ melius absint a libro veteri, non dubito. Hoc e-

nim dicit, aliquot alios Græcos similes esse Callisthenis, id est non magni ipsos quoque pretii. Nam quod a Manio dictum fuit, Callisthenem locutum in Historia non exquire, sed quomodo vulgo loquerentur, minor unde id fuisse, cum ipsius scripta non extant; Cicero autem ipse alibi (Orat. II. 14.) ait eum pene rhetorico more historiam scripsisse. *Muretus*. Facilem habet explicatum ea scriptura, quam in libro veteri inventam probat Muretus. Id vero incommodi est, quod consensu destituit aliorum codicum: illas enim exhibent quatuor syllabas, *locuti sunt*, quæ vir eruditus exaudivat. Neque tamen in illis sentus non est satis idoneus: hæc nimirum sententia, *quemadmodum Græci aliquot locuti sunt*; Cicero judicium de Callisthene sum confirmat testimonio & auctoritate Græcorum aliquot, qui non aliter de illo historiarum scriptore senserunt, & locuti sunt ac loquitur ipse. *Olivetus.*

¹⁶ *Siculus ille capitalis, creber*] Exponit de Philisto quid sentiat. *Capitalis*, hoc est ingeniosus. Ovid. Fast. III. 839. *Capitale vocamus ingenium solum*. Vide Muretum, loco jam laudato. Vim hujus vocis, *creber*, explicat id, quod habetur lib. de Orat. II. cap. 13. *Thucydides ita creber est rerum frequentia* &c. *Idem.*

¹⁷ *De Dionysio*] Alterum scilicet corpus, in quo de Dionysii rebus gestis egerat. *Videtur* lib. XXXII. cap. 19. *Var. Lect.*

Dionysio delectat: ipse est enim¹⁸ veterator magnus, & per familiaris Philisto. Sed quod adscribis, aggredieris¹⁹ ad historiam? Me auctore potes: &, quoniam tabellarios subministras, hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Oblecta te cum Cicerone nostro quam²⁰ bellissime.

¹⁸ Veterator] Delectat me Philistus non tam quia capitalis, creber, acutus; quam quod ipse Dionysius, de quo scribitur, auctor in primis ac vaser est: quæ tum, narante Philisto, tum ipsa per sese delectant. Man.

¹⁹ Ad historiam] Scribandam; cum ve-

teres jam legisset historicos. Idem.

²⁰ Bellissime] Non ad pulchritudinem, sed ad iucunditatem & commoditatem quandam refertur bellum: ut bella puella, non quæ forma, sed quæ elegancia, & quadam quasi gratia intuitum oculos tenet. Idem.

MARCUS Q. FRATRI S.

XIV. **D**UAS adhuc a te accepi epistolas: quarum alteram in ipso discessu nostro, alteram Arminio datam. Plures, quas scribis te dedisse, non acceperam. Ego me in Cumano & Pompejano, præterquam quod sine te, caterum satis commode oblectabam, & eram in iisdem locis usque ad Kal. Jun. futurus. Scribebam illa, quæ dixeram, ¹ ποδῆτιξ; spissum sane opus & operosum. Sed si ex sententia successerit, bene erit opera posita. Sin minus, in illud ipsum mare deieciemus, quod scribentes spectamus. Aggrediemur alia, quoniam quiescere non possumus. Tua mandata persequar diligenter, & ² adjungendis hominibus, & quibusdam non alienandis. Maxima mihi vero curæ erit, ut Ciceronem tuum nostrumque videam, scilicet quotidie: sed inspiciam, quid distat, quam sapissime: &, nisi ille contemnet, etiam magistrum me ei profitebor: cuius rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio, Cicerone nostro ³ minore perdocendo. Tu, quemadmodum scribis, quod etiam si non scriberes, facere te diligentissime tamen sciebam, facies, sci-

ARG. Quid agat, commemorat: Quinto operam suam in rebus ejus pollicetur: M. Orfium & Trebatium commendat. Anno U. C. 699.

¹ Ποδῆτιξ] Libros de republica.

² Adjungendis] Ad amicitiam. Manu.

³ Minore] Minore suspicione nonnulla, ne glossema fuerit, additum ad illud, nostro. Cur enim, cum ad fratrem scribat, adjungat, minore? nonne satis filium suum ab illius filio distinxit, cum de suo dixit, nostro; de illo, tuum? Idem.

scilicet ut mea mandata digeras, persequare, conficias. Ego cum Romam venero, nullum prætermittam Cæsaris tabellarium, cui literas ad te non dem. His diebus (ignosces) cui darem fuit nemo ante hunc M. Orfium equitem Romanum, nostrum & perneccesarium, & quod est ex municipio Arellano, quod scis esse in fide nostra. Itaque eum tibi commendando majorem in modum, hominem domi splendidum, gratiosum etiam extra domum: quem fac ut tua liberalitate tibi obliges. Est tribunus militum in exercitu nostro. Gratum hominem observantemque cognosces. Trebatium ut valde ames, vehementer te rogo. Vale.

MARCUS Q. FRATRI S.

XV. **A**NTE diem IV Non. Jun. quo die Romam veni, accepi tuas literas datas Placentiæ: deinde alteras postridie, datas ¹ Laude Nonis, cum Cæsaris literis refertis omni officio, diligentia, suavitate. Sunt ista quidem magna, vel potius maxima. Habent enim vim magnam ad gloriam, & ad summam dignitatem. Sed mihi crede, quem nosti; quod in istis rebus ego plurimum aestimo, id jam habeo: te scilicet primum tam inservientem communi dignitati: deinde Cæsaris tantum in me amorem, quem omnibus his honoribus, quos me a se expectare vult, antepono. Literæ vero ejus una data cum tuis; quarum initium est, quam suavis ei tuus adventus fuerit, & recordatio veteris amoris: deinde, se effecturum, ut ego in medio dolore ac desiderio tui, te, cum a me abesses, potissimum secum esse lætarer, incredibiliter delectarunt. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed mehercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam. Ego vero ardenti quidem studio:

I 2 ac

ARG. Cæsaris in se amorem & liberalitatem commemorat, & suum erga eum studium pollicetur: consilium suum, utrum Romam rediret, an in Gallia maneat, & de ambitu, qui in consulatu petendo existat; per scribit. Anno U. C. 699.

¹ Laude Nonis] Sic emendabat Carolus Sigonius, probavit Manutius, recepit Lambinus, cum vulgo legatur *Blandenone*, nomen Geographicis incognitum. *Laus*, oppidum est Placentiæ proximum.

ac fortasse efficiam, quod saepe viatoribus, cum properant, evenit: ut, si serius, quam voluerunt, forte surrexerint, properando etiam citius, quam si de multa nocte vigilasset, perveniant quo velint: sic ego, quoniam in isto homine colendo tam indormivi diu, te mehercule saepe excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum vero (quoniam scribis poema ab eo nostrum probari)² quadrigis poeticis. Modo mihi date³ Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. Sed quid ago? quod mihi tempus, Romæ praferim, ut iste me rogat, manenti, vacuum ostenditur? sed videro: fortasse enim (ut fit) vincet tuus amor omnes difficultates. Trebatium quod ad se miserim, perfalse & humaniter etiam gratias mihi agit: negat enim, in tanta multitudine eorum, qui una essent, quemquam fuisse, qui⁴ vadi- monium concipere posset. M. Curtio tribunatum ab eo petivi (nam Domitius se derideri putasset; si esset a me⁵ rogatus: hoc enim est ejus quotidianum, se ne tribunum militum quidem facere: etiam in senatu lusst, Appium collegam propterea isse ad Caesarem, ut aliquem tribunatum auferret) sed in alterum annum. Id & Curtius ita volebat. Tu, quem admodum me censes oportere esse in republica, & in nostris inimicitiiis; ita & esse, & fore auricula infima scito molliorem. Res Romanæ se sic habebant. Erat nonnulla spes comitiorum, sed incerta: erat aliqua suspicio dictaturæ, ne ea quidem certa: summum otium forensis, sed⁶ senescentis magis civi-

² *Quadrigit poeticis*] Disturus videbatur, tum equis, tum velis; sed per jocum, pro velis, intulit, *quadrigit*: quæ & ipsæ ad celeritatem faciunt. Addidit autem, *poeticis*; ut cum aliis rebus, tum vero scripsit versibus, gratiam se a Caesare inturum ostendisset. *Manus.*

³ *Britanniam*] Res, quas in Britannia geritis. Jam enim, ut opinor, erant in itinere, Britanniam cogitantes. Nam in epistola ad Atticum, mense Quintili data, suspicari se dicit, *Quintum esse in Britannia*. *Idem.*

⁴ *Vadium*] Certa erat verborum formula, qua sese invicem vadarentur; quibus verbis cum essent nisi, *conceptum vadium*

dicebatur. Jocus Caesaris in eo fuit: Opportune Ciceronem fecisse, qui Trebatium jurisperitulum ad se misisset: nam antea in universa pratoria cohorte, totaque comitatu suo neminem fuisse, qui, cum litigare vellet, quibus verbis vadaretur, teneret. *Manus.*
⁵ *Rogatus*] Ut ad Caesarem scriberet. Dissidebat enim capitali odio cum Caesare Domitius. *Idem.*

⁶ *Senescentis*] Non quia desit, quod homines in foro agant: sed omnium rerum tædio civitas languet. Videtur hoc dicere: Cum publicis in rebus male agatur, serpit idem morbus etiam ad privata, & omnino nihil caratur. *Idem.*

civitas, quam acquiescentis. Sententia autem nostra in senatu ejusmodi, magis ut alii nobis assentiantur, quam nosmetipsi. ⁷ *Τοιαῦτ' ὁ πλῆθυν πόλεμῳ ἐξερράζεται.* ⁸ Calamo & atramento temperato, charta etiam⁹ dentata res agetur. Scribis enim te meas literas superiores vix legere potuisse: in quo¹⁰ nihil eorum, mi frater, fuit, quæ putas. Neque enim occupatus eram, neque perturbatus, nec iratus alicui: sed hoc facio semper, ut quicumque calamus in manus venerit, eo sic utar tanquam bono. Verum attende nunc, mi optime & suavissime frater, ad ea dum rescribo, quæ tu in hac eadem brevi epistola¹¹ *πραγματικῶς* valde scripsisti. De quo petis, ut ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil tibi indulgens, genuine fraternæque rescribam: ¹² id est, utrum voles, ut dixerimus, ad expediendum te, si causa sit, commorere. Si, mi Quinte, parva aliqua res esset, in qua sci-

⁷ *Τοιαῦτ'*] *Miseranda belli talis conditio esset.* Senarius* Euripidis in tragedia *Παρόδος*. *Idem.* * Vers. 119.

⁸ *Calamo*] Quatuor sic argumentis, ut hoc putem esse principium epistolæ; primum, quod fortasse paulo infirmus videbatur; ut homines diversâ sentiant; quod hæc verba initium potius epistolæ, quam epistolæ partem, redolent: deinde quod apparet, respondisse jam Ciceronem duabus Quinti epistolis, Placentiæ & Blandonæ datis: nunc autem uni respondere brevi epistolæ, quam post illas accepit. Præterea, si una esset epistola, bis ageret de rebus Romanis. Nam & dixit jam: *Res Romanae sic se habebant. Erat nonnulla spes comitiorum*, &c. infra vero rursus: *Ambigua redit immanis*, itaque, eadem esse repetita, credible non est. Postremo, quod hæc scripam esse constat post idus Quintiles; cum inferat: *Idus Quintilibus factus fuit 22 et 21*, at superiora paulo post IV. nonas Junias: ut ipse in prima epistolæ parte significat. *Idem.*

⁹ *Dentata*] Aprî, aut etiam equi dente lavata. Quod item nunc, ubi quid scribitur accuratius, facere solemus, ad inæqualitatem chartæ complanandam, quo calamus quasi currat expeditus. Nec vero mirari factis possum, quid Erasmo venerit in mentem hoc in loco interpretari, *charta dentata*, pro acerba & iracunde scripta: cum de literis

agi, quæ bono calamo, temperato atramento, levi ac polita charta commodius formantur, illa verba demonstrent: *Scribis, te meas literas superiores vix legere potuisse*: & illa: *Hoc facio semper, ut, quicumque calamus in manus venerit, eo sic utar, tanquam bono*. Verum hæc, itemque alia, tum in adagiis, tum alibi non satis recte aut explanata, aut de Græcis conversa, homini erudito, ac de literis, quantum prætare potuit, bene merito largiarum. *Manus.*

¹⁰ *Nihil eorum*] Non ob eas, quas tu suspicaris, causas, parum perspicue scripsi. *Idem.*

¹¹ *Πραγματικῶς*] Aptè ad rem gerendam; ut homo in usâ rerum versatus.

¹² *Id est, utrum voles*] Mendi labes factis manifesta: nec eluere conabor: cum ab inexpressis libris minimum distant scripti. Tantum enim pro, *commorere*, Belsationis liber habet, *commorere*. Quod si pro, *dixerimus*, legeretur, *dixerim*, an: nihil, opinor, superesset vitii, hoc ordine: *Id est, utrum voles, (ut dixerim) an, ad expediendum te, si causa sit, commorere*. Nec esset obscura sententia. Nam, *voles, μεταφορικῶς usurpatum pro celeriter venias, & commorere* opponitur. Sed minus audeo, propter incertas maximeque fallaces conjecturæ vias. *Manutius.*

scitarere quid vellem; tamen, cum tibi permiffurus essem, ut faceres, quod velles, ego ipse, quid vellem, ostenderem. In hac vero re hoc profecto quaris, cujusmodi illum annum, qui sequitur, expectem: planè aut tranquillum nobis, aut certe munitissimum: quod quotidie¹³ domus, quod forum, quod theatri significationes declarant: ¹⁴ nec laborant, quod mea conscientia copiarum nostrarum, quod Cæsaris, quod Pompeji gratiam tenemus. Hac me, ut confidam, faciunt. Sin aliquis erumper amentis hominis furor, omnia sunt ad eum frangendum expedita. Hac ita sentio, judico, ad te explore scribo: dubitare te, non assentatorie, sed fraterne vito. Quare suavitatis equidem nostræ frændæ causa, cuperem te ad id tempus venire, quod dixeras: sed illud malo tamen quod putas, ¹⁵ magis etiam illa (etenim magis aestimo me) ¹⁶ ἀμφιφρόνῃ illam tuam, & ¹⁷ expectationem debitorum tuorum. Illud quidem sic habeto, nihil nobis expeditis, si valebimus, fore fortunaticus. Parva sunt quæ desunt, nostris quidem moribus, & ea sunt ad explicandum expeditissima, modo valeamus. Ambitus redit immanis: nunquam fuit par. Idibus Quintilibus scenus fuit ¹⁸ besibus ex triente, coitione Mem-

¹³ Domus] A multis celebrata. Ep. 5. & ad Atticum epist. 22. lib. II. Idem.

¹⁴ Nec laborant] Hic alii fortasse viderint acutius: ego plane τὸ ἀδύνατον. Obscuratur enim mendo sententia. Idem. In uno reperi, conscientia, pro, conscientia, quod est in vulgatis. Unde feci, conscientia. Viderur autem sic posse totus hic locus emendari, saltem ut aliqua ex eo probabilis sententia eliciatur; alioqui nihil affirmo, cum sola conjectura nitatur. Sic igitur legere fortasse licet, *Nostri inimici laborant, quod mira est conscientia copiarum*, &c. Lambinus.

¹⁵ Magis etiam] Pater Aldus, *Magis etiam, illa etiam magis aestimo me duo*. Quibus adhærent Pall. nisi quod quidam, *magis aestimo*, unus *magnam aestimo*, sec. etiam ac tert. a manu prima; *magis etiam illa magna est*. Gruter. Cum in his nullus omnino sit sensus, ita refugebat Lambinus; *sed illud malo tamen quod putas magis esse e re tua*. Etiam magis aestimo ἀμφιφρόνῃ τὴν ἰδίαν σου,

&c. Victorius ita edidit, atque interpunctit? *magis etiam illa etiam magis aestimo, me ἀμφιφρόνῃ &c.* Quo te veritas? expedita, si quis tamen superest, meliorem librum.

¹⁶ Ἀμφιφρόνῃ] De qua supra, ep. 6.

¹⁷ Expectationem] Expedabo, ut, quæ mihi debes, ea perfolvas, ut, quæ te facturum pollicitus es, re præstas. Quæ vero hæc? ut Quintus Cæsarem ipsum, primum scilicet, deinde ut alios quoque & de cohorte & de exercitu Cæsaris, qui Romæ aliquid possent, Marco fratri benevolentia conjungeret: quo præditiis firmioribus contra Clodii furorem in urbe muniretur. Id autem Quintus fratri mandanti ac roganti promiserat. Huc enim spectare illud puro, quod supra dixit, *mea mandata dixerat, perseguare, condecis*. Nec, in casibus quid aliud navare Quintus pro fratre posset, intelligo. Manutius.

¹⁸ Besibus ex triente] Vide ad Atticum IV. 14., & J. F. Gronovii Obsev. IV. 6.

Memmi, ¹⁹ quam cum Domitio habuit Scaurus, unum vincere. Messala flaccet. Non dico ²⁰ ὑπερβολικῶς: vel H-S centies constituunt in prerogativa ²¹ pronuntiare. Res ardet invidia. Tribunitii candidati compromiserunt, H-S quingenis in singulos apud M. ²² Catonem depositis, petere ejus arbitratu, ut qui contra fecisset, ab eo ²³ condemnaretur. Quæ quidem comitia gratuita si fuerint, ut putantur, plus unus Cato fuerit, quam omnes leges, omnesque judices.

¹⁹ Quam cum] Victorius, *quo cum Domitio*. Hanc Scaurus unum vincere. Lambinus ex conjectura. Scarus vult vincere. Manutius pro vincere mavult evitari, ut subaudiatur civitanum; & sic evitari pro evitari habet. Hunc locum, si quidquam aliud illustrabant epistolæ 17. & 18. lib. IV. ad Att. Obsev.

²⁰ ὑπερβολικῶς] Supra modum.

²¹ Pronuntiare] Polliceri se daturos, si

eam tulerint, ejusque suffragiis consules fuerint designati. Verbam in hoc genere proprium. Manutius.

²² Catonem] Qui pector tunc erat. Idem. ²³ Condemnaretur] Amitteret quod apud illum pecunie depositis: idque aliis, qui sine arte mala petissent, tribueretur. Et condemnatum ex his nescio quem ab ipso Catone, legitur apud Plutarchum in ejus vita. Idem.

MARCUS Q. FRATRI S.

XVI. CUM a me literas librarii manu acceperis, ne paulum otii me habuisse judicato: cum aem meam, nullum. Sic enim habeto, nunquam me a causis & judiciis districtiorem fuisse, atque id anni tempore gravissimo, & caloribus maximis. Sed hæc (quoniam tu ita perscribis) ferenda sunt: neque committendum, ut aut spei, aut cogitationi vestræ ego videar defuisse: præsertim cum, tametsi id ³ difficilius fuerit, tamen ex hoc labore magnam gratiam magnamque dignitatem sim collecturus. Itaque, ut tibi placet, damus operam, ne cujus animum offendamus, atque ut etiam ab

ARG. De occupationibus suis: quid in festo adum: quæ judicia habita sunt aut in festo: materiam carminis scribendi, superata a Cæsare Britannia, gratulatur, & quid de suis verbis Cæsar judicet, sciscitatur. Anno U. C. 699.

¹ Ne paulum otii] Viderur quibusdam tantquam integumentis velata sententia; sed ostenditur hoc modo: Cum utor librarii manu, proferas otii nihil habeo; cum autem mea, non nihil. Manutius.

² Nullum] Subaudi; ne; quod proxime antecedit: ut sit: Ne nullum otium. Idem.

³ Difficilius] Cum aliqua difficultate. Nomina quædam sunt, quæ secundæ comparationis appellatur grammatici: quæ cum ideo fuerint inventa, ut auferent; minus tamen significant, quam ea, quæ eadem posterius dicunt. Itaque illud Virgilianum, *Tristior, & lacrymis oculos suffusa rubentes*, exponit Servius hoc modo: *Tristior*, minus est, quam *tristis*. Idem.

ab iis ipsis, qui nos cum Cæsare tam conjunctos dolent, diligamur: ab æquis vero, aut etiam a propensis in hanc partem vehementer & colamur, & amemur. De ambitu cum atrocissime egeretur in senatu multos dies, quod ita erant progressi candidati consulares ut non esset ferendum, in senatu non fui. Statui ad nullam medicinam reipublicæ sine magno præsidio accedere. Quo die hæc scripsi, Drusus erat de prævaricatione a tribunis ærariis absolutus, in summa, quatuor sententiis cum Senatores & Equites damnassent. Ego eodem die post meridiem Vatinium aderam defensurus: ea res facilis est. Comitium in mensem Sept. rejecta sunt. Scauri iudicium statim exercebitur: cui nos non deerimus. Σωδαιέτρος Σοφοκλέους, quamquam a te actam fabellam video esse festivæ, nullo modo probavi. Venio nunc ad id, quod nescio an primum esse debuerit. O jucundas mihi tuas de Britannia literas! Timebam Oceanum, timebam littus insulæ. Reliqua non equidem contemno, sed plus habent tamen spei quam timoris, magisque sum sollicitus expectatione ea, quam metu. Te vero ὑποθέσειν scribendi egregiam habere video. Quos tu fitus, quas naturas rerum & locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habes? Ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adjuvabo, & tibi ver-

4 Præsidio] Nisi plures videam esse, qui mecum sentiant, qui contra. *Idem.*

5 In summa] Omnium ordinum sententia numerabantur, & ex majore parte vel absolvebatur, vel condemnabatur reus. Ordinum ipsorum ratio non habebatur. Poterat enim uti venire, ut a duobus ordinibus condemnatus, ex universo tamen sententiarum numero absolveretur. *Idem.*

6 Vatinium] Hujus defensionis meminit Pedianus in commentarii præmio pro Scuro, & ipse Vatinus in epistola. *Idem.*

7 Σωδαιέτρος Σοφοκλέους] Qui dicantur, non convenit inter interpretes. Alii fabulam Sophoclis Σωδαιέτρος dicunt intelligunt, a Quinto conversam latine, improbatè Manutio, qui negat eam Ciceronem tam rustice improbatum fuisse. Sed imprimis repugnat verbum, *actam*; quod indicat, huic fabulæ, de qua dicitur, Quintum interfuisse. Itaque Manutius putat capienda verba esse de convivio,

perquam simili convivio in fabula aliqua Sophoclis, cui interfuerit Quintus, & in quo quid sibi acciderit, commemoravit fratri. Sed hujusmodi convivium non aptum videtur Sophocles tragediæ. Mihi in mentem venerunt Σοφοκλέους Pliniani Ep. II. 16. *Lauicæni*, parasiti, qui cœculæ causâ, quamvis indignos laudant, & ab iis ada & dicta omnia eoque dicta & ada clamant. Fuisse ergo videtur in convivio, in coeque habituisse Σωδαιέτρος parasitos, aut parasiticis certe moribus. Hos quemadmodum, quam lepide & festivè vexarit, commemoraverat fratri. Itaque fatendum esse, responderet, lepide ab eo adlam illam fabulam (frequentes enim occurrunt in Comicorum fabulis parasiti) sed rem sibi nihilominus non probari, vel se factum non esse aut dictum, quod factum dictumque scripserat. *Ernest.*

8 Πάροις] Argumentum.

versus, quos rogas, ὅ γλαυκὸν εἰς Ἀΐδουσας mittam. Sed heu tu, celari video a te. Quomodonam, mi frater, de nostris versibus Cæsar? nam primum librum se legisse scripsit ad me ante: & prima sic, ut neget se ne Græca quidem meliora legisse. Reliqua ad quandam locum ἰαθυμώτερα. Hoc enim utitur verbo. Dic mihi verum, num aut res eum, aut χαρακτήρ non delectat? Nihil est quod vereare. Ego enim ne pilo quidem minus me amabo. Hac de re φιλανθρώπος, & ut soles, scribe fraterne.

9 Γλαυκὸν εἰς Ἀΐδουσας] Cum ipse versus optime facias. Infra dixit, eadem sententia: Quomodonam ipse sonas iam scimus. Proverbium iis de rebus usurpatum, quas ad eos, qui abundant, mittimus. Nostria enim suos nuntios Athenienses signabant. *Manut.*

10 Πάροις] Minus accurata, scripta indiligentius, videri sibi aiebat. *Idem.*
11 Res, aut χαρακτήρ,] Aut argumentum, aut meum scribendi genus. *Idem.*
12 φιλανθρώπος] Cum studio veritatis, vere & ex animo. *Idem.*

